SED CONTRA est, quod Augusti. dicit in 5. \* de E ciuitate Dei. Quod si aliquid sit uoluntarie, non sit ex necessitate: omne autem coactum sit ex necessi- tate. ergo quod sit ex uoluntate, non potest esse co- actum. ergo uoluntas non potest cogi ad agendum.

RESPON. Dicendum, quod duplex est auctus uolun- tatis, Vnus quidem, qui est eius inmediate, uelut ab ipsa elicitus, scilicet uelle. Alius qui est auctus uoluntatis a uoluntate imperatus, & media: ut alia potentia exercitus, ut ambulare, & loqui, qui au- luntate imperantur mediante potentia motiva. Quantum igitur ad auctus a uoluntate imperatos, uoluntas uiolentiam pati potest, inquantum per uiolen- tiam exteriora membra impediri possunt, ne im- perium uoluntatis exequantur: sed quantum ad ip- sum proprium auctum uoluntatis, non potest ei uiolen-

tia inferri. Et huius est ratio, quia auctus uoluntatis ni- hil est aliud, quam inclinatio quadam procedēs ab interiori principio cognoscente: sicut appetitus na- turalis est quedam inclinatio ab interiori principio, & sine cognitione: quod autem est coactum, uel uiolentum, est ab exteriori principio, vñ contra rationē ipsius auctus uoluntatis est, quod sit coactus, uel uiolentus: sicut etiam est contra rationem naturalis in- clinationis, uel motus lapidis, q̄ feratur sursum (potest n. lapis per uiolētiā ferri sursum) sed quod iste motus uiolentus sit ex eius naturali inclinatione, es- se non potest. Similiter etiam potest homo per uiolentiam trahi, sed quod hoc sit ex eius uoluntate, re- pugnat rationi uiolentie.

AD PRIMUM ergo dicendum, q̄ Deus, qui est po- tentior quam uoluntas humana, potest uoluntatem mouere, secundum illud proverbiū, Proverb. 21. Cor regis in manu Dei est: & quounque uoluerit, uertet illud. Sed si hoc esset per uiolentiam, iam non esset cum auctu uoluntatis: nec ipsa uoluntas moue- retrn, sed aliquid contra uoluntatem.

AD SECUNDUM dicendum, quod non semper est motus uiolentus, quando passuum immutatura suo auctiuo, sed quando hoc sit contra interiorem in- clinationem passuum: alioquin omnes alteraciones, & generationes simplicium corporum essent inna- turales, & uiolentiae: sunt autem naturales propter naturalem aptitudinem interiorem materiæ, uel si- bieti, ad tales dispositiones. Et similiter quando uoluntas mouetur ab appetibili, secundum propria- im inclinationem, non est motus uiolentus, sed uoluntarius.

AD TERTIUM dicendum, q̄ id, in quod uoluntas tendit peccando, esset malum, & contra rationē naturam secundum rei ueritatem, apprehenditur tñ ut bonum, & conueniens homini secundum aliquā delectationem sensus, uel secundum aliquem habi- tum corruptum.

## ARTICVLVS V.

Vtrum violentia causet inuoluntarium.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod uiolen- tia non causet inuoluntarium. Voluntarium e- nem, & inuoluntarium, secundum uoluntatem di- cuntur. Sed uoluntati uiolentia inferri non potest, ut oftensum est.\* ergo uiolentia inuoluntarium cau- sare non potest.

¶ 2 Præt. Id quod est inuoluntarium, est cum tristitia, ut Damasc. & Philosophus dicunt: sed aliquis pati- tur aliquis uiolentiam, nec tamē inde tristatur. ergo uiolentia non causat inuoluntarium.

¶ 3 Præt. Id quod est a uoluntate, non potest esse in- uoluntarium: sed aliqua uiolenta sunt a uoluntate, si- cut cum aliquis cum corpore graui sursum ascēdit: & sicut cum aliquis inficit membra contra natu- ralem eorum flexibilitatem. ergo uiolentia non cau- sat inuoluntarium.

SED CONTRA est, quod Philosophus & Damasc. dicunt, \* quod aliquid est inuoluntarium per uiol- entiam.

RESPON. Dicendum, q̄ uiolentia directe oppo- nitur uoluntario, sicut etiam & naturali. Cōmune est in uoluntario & naturali, quod vtrumq; sit a princí- pio intrinseco: uiolentum autem est a principio ex- trinseco: & pp hoc, sicut in rebus, quae cognitione carent, uiolentia aliquid facit contra naturā, ita in rebus cognitionētibus, facit aliquid esse cōtra uolunta-

Prima Secunda, S.Thom.e.

C 3 tem:

Supra ar. 4.  
co. 7. & infra  
art. 6. ad 1.  
& q. 73. art.  
6. co. Et 2.2.  
q. 88. art. 6.  
ad 1. Et ma.  
q. 6. cor.  
2. ar. præce.  
† li. 2. c. 24.  
3. Ethic. cap.  
1. tom. 5.

\* locis in ar.  
gu. 2. iam ci-  
tatis.

tem: quod autem est contra naturam, dicitur esse in-naturale: & similiter quod est contra voluntatem, di-citur esse inuoluntarium. vnde violentia inuolunta-rium causat.

\* ar. præc. A D P R I M U M ergo dicendum, q̄ in uoluntarium voluntario opponitur. Dicatum \* est autem supra, q̄ voluntarium dicitur non solum actus, qui est im-mEDIATE ipsius voluntatis, sed etiam actus a volun-tate imperatus. Quantum igitur ad actum, qui est im-mEDIATE ipsius voluntatis, vt supra dictum est, t̄ vio-lentia voluntati inferti non potest: sed quantum ad actum imperatus, voluntas potest pati violentiam: & quantum ad hunc actum violentia inuoluntarium facit.

A D S E C U N D U M dicendum, q̄ sicut naturale dici-tur, quod est secundum inclinationem naturae: ita vo-luntarium dicitur, quod est secundum inclinationem voluntatis. Dicitur autem aliquid naturale dupli-citer. Vno modo quia est a natura, sicut a principio a-ctu: sicut calefacere est naturale ignis. Alio modo, qm principium passionis, quia: s. est in natura inclina-tio ad recipiendum actionem a principio extrinse-co: sicut motus celi dicitur esse naturalis, propter ap-tilud in eum naturalem celestis corporis ad talē mo-tum, licet mouens sit voluntarium. Et similiter vo-luntarium potest aliquid dici dupli-citer. Vno modo qm actione, puta cu aliquis vult aliquid agere. Alio modo, secundum passionem: cum aliquis vult pati ab alio: vnde cum actio infertur ab aliquo exterio-ri, manente in eo qui patitur voluntate patiendi, nō est simpliciter violentum: qualicet ille qui patitur, non conferat agendo, confert tamen volendo pati, vnde non potest dici inuoluntarium.

\* tex. 27. to-  
mo 2. A D T E R T I U M dicendum, q̄ sicut Philosophus dicit in octavo Physic. Motus animalis, quo inter-dum mouetur animal contra naturalem inclina-tionem corporis, et si non sit naturalis corpori, est tñ quodammodo naturalis animali, cui naturale est, q̄ secundum appetitum mouetur: & ideo hoc nō est violentum simpliciter, sed secundum quid. Et simili-ter est dicendum, cū aliquis inflectit membra cō-tra naturalem dispositionem: hoc enim est violentum secundum quid, scilicet quantum ad membrū particolare: non tamen simpliciter, quantum ad ip-sum hominem.

### Vtrum metus causet inuoluntarium simpliciter.

Infr. ar. 7. ad  
1. & 2. Et 4.  
diff. 29. q. 1.  
ar. 2. Et quo  
li. 5. art. 10.  
Et 2. cor. 1.  
q. co. 3. Et 3.  
Ethic. co. 2.  
§ 4. fin.

A D S E X T U M sic proceditur. Videatur q̄ metus causet inuoluntarium simpliciter. Sicut enim violentia est respectu eius, quod contrariatur pre-sentia liter voluntati, ita metus est respectu futuri mali, quod repugnat voluntati: sed violentia causat inuoluntarium simpliciter. ergo & metus inuoluntarium simpliciter causat.

¶ 2 Præt. Quod est secundum se tale, quodlibet ad-dito remanet tale: sicut quod secundum se est calidū, cuicunq; cōiungatur, nihilominus est calidū, ipso manente: sed illud quod per metum agitur, se-cundum se est inuoluntarium, ergo etiam aduenien-te metu est inuoluntarium.

¶ 3 Præt. Quod sub conditione tale est, secundum quid est tale: quod autem absq; conditione est tale, simpliciter est tale sicut quod est necessarium ex cō-ditione, est necessarium secundum quid: quod autē est necessarium absolute, est necessarium simpliciter. Sed id, quod per metum agitur, est inuoluntarium, nisi sub condi-

### ARTIC VI. EAO

Fitione. svt vitetur malum quod timetur. ergo id, qd̄ per metum agitur, est simpliciter inuoluntarium.

S E D C O N T R A est, quod Greg. Nicen. dicit, \* & ēt Philosophus, † quod huiusmodi quā per metum a-guntur, sunt imagines voluntaria, quā in uoluntaria. † Lib. 5. c. ante med. Lib. 3. Ethic. c. i. nō mul-tum procl. princ. c. i. 3. Ethic. c. i. non re-mote a prin-cip. f. Nicen. lib. 5. cap. 1.

R E S P O N S U M dicendum, q̄ sicut Philosophus dicit in 3. Ethic. \* & idem dicit Greg. Nice. in lib. suo de ho-minine. † Huiusmodi, quā per metum aguntur, misla-funt ex voluntario, & in uoluntario. Id. n. quod per metum agitur, in se consideratum, non est volunta-rium: sed fit voluntarium in casu, t̄ ad vitādum ma-lum quod timetur. Sed si quis recte cōsideret, magis sunt huiusmodi voluntaria, q̄ in uoluntaria: sunt n. voluntaria simpliciter, in uoluntaria autem secundū quid: Vnumquodq; enim simpliciter esse dicitur, se-cundum quod est in actu: secundum autem quod est in sola apprehensione, non est simpliciter, sed secun-dum quid. Hoc autem quod per metum agitur, secundū hoc est in actu, secundum quod fit cum enim actus in singularib. sint, singulare autem in quantum huiusmodi, est hic, & huic, secundum hoc id quod fit, est in actu, secundum quod hic est, & nunc, & sub alijs conditionib. individualibus. Sic autem hoc qd̄ fit per metum, est voluntarium, in quantum scilicet est hic, & nunc: prout si in hoc casu est impedimentum maioris mali, quod timetur: sicut projectio mercurii in mare fit voluntarium tempore tem-pe-statis propter timorem periculi, vnde manifestum est, q̄ simpliciter voluntarium est, vnde & competit ei ratio voluntarij: quia principium eius est intra. Sed quod accipiatur id quod per metum fit, vt extra hunc casum existens, prout repugnat voluntati, hoc non est nisi secundum rationem tantum: & ideo est in uoluntarium secundum quid, id est, prout con-sideratur extra hunc casum existens.

A D P R I M U M ergo dicendum, q̄ ea quā aguntur per metum & per vim, non solum differunt secundum præsens, & futurum: ed etiam secundum Hoc, q̄ in eo, quod agitur per vim, voluntas non con-sentit, sed omnino est contra notum voluntatis: sed id quod per metum agitur, fit voluntarium, ideo quia motus voluntatis fertur in id, licet non propter se-ipsum, sed propter aliud, s. ad repellendum malum, quod timetur: sufficit enim ad rationem voluntarii, q̄ sit propter aliud voluntarium. Voluntarium n. est non solum quod propter se ipsum volumus vt finē, sed etiam quod propter aliud volumus ut propter finem. Pater ergo q̄ in eo quod per vim agitur, uol-un-tatas interior nihil agit. Et iō, ut Gre. Nice. dicit, \* ad excludendum ea, quā per metum aguntur, in diffi-citione violenti non solum dicitur, q̄ violentum est, cuius principium est extra, sed additur, nihil con-frente vim paſto, quia ad id, quod agitur per metum, voluntas timens aliquid confert.

A D S E C U N D U M dicendum, q̄ ea quā absolute di-cuntur, quolibet addito, remanent talia, sicut calidū, & albū: sed ea quā relatives dicuntur, uariantur secundum comparationem ad diuersa: quod. n. est magnū comparatum huic, est parvum comparatum alteri. Voluntarium autem dicitur aliquid nō solum propter se quasi absolute, sed etiam propter aliud quasi relative: & ideo nihil prohibet aliud, quod de se non est voluntarium, alteri comparatum fieri uoluntarium, per comparationem ad aliud.

A D T E R T I U M dicendum, q̄ illud quod per me-tum agitur, absq; conditione est uoluntarium, i. se-cundum quod actu agitur: sed in uoluntarium est sub conditione, si talis metus nō imminet: vñ secun-dum illam rationē magis pōt concludi oppositum.

A R

Super questionis sex  
ta Articulum octauum.

*Vtrum concupiscentia causet inuoluntariorum.*

1.3. q. 142.  
2.1.3. cor. &  
3. Eth. led.  
1. com. 3. &  
lect. 4.  
\*C. 3. 10. 5.  
In 8. autem articulo diligenter aduentum est, quod cum ignorantia consequens voluntatem tripliciter ponatur, scilicet affectata, malitia electionis, & iuris: & prima differat ab aliis in hoc, quod ipsa est obiectu actus voluntatis, etenim voluntaria vero sunt quasi obiectum uoluntatis potest, & debent ipsas abire. Sunt enim ideo voluntarie, quia voluntas potest, & debet actualiter considerare, & applicare ad opus, & sic excludere ignorantiam malorum electionis: & simili uelle acquirere scientiam sibi necessariam tempore debito, & sic excludere ignorantiam iuris.

1.3. 6 del.  
Orth. cap. 24.

**A**D SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quod cōcupiscentia causet inuoluntarium. Sicut metus est quedam passio, ita & concupiscentia: sed metus causat quodammodo inuoluntarium. ergo etiam concupiscentia.

**T**3 Prat. Sicut per timorem timidius agit contra id quod proponet, ita incontinens propter concupiscentiam: sed timor aliquo modo causat inuoluntarium. ergo & concupiscentia.

**B** Ad voluntarium requiritur cognitionem: sed concupiscentia corruptit cognitionem, dicit enim Philosophus in 6. Ethico. \* quod delectatio, siue concupiscentia delectationis, corrumpit estimationem prudentiae; ergo concupiscentia causat inuoluntarium.

**C** SED CONTRA est, quod Damascus dicit: \* Inuoluntarium est misericordia, uel indulgentia dignum, & cum tristitia agitur: sed neutrum horum competit ei, quod per concupiscentiam agitur. ergo concupiscentia non causet inuoluntarium.

**R E S P O N.** Dicendum, quod concupiscentia non causat inuoluntarium: sed magis facit aliquid voluntarium. Dicitur enim aliquid voluntarium ex eo, quod voluntas in id fertur: per concupiscentiam autem uoluntas inclinatur ad volendum id quod concupiscit. & ideo concupiscentia magis facit ad hoc, quod aliquid sit voluntarium, quam quod sit inuoluntarium.

**D** A PRIMVM ergo dicendum, quod timor est de malo, concupiscentia autem respicit bonum: malum autem secundum se contrariatur uoluntati, sed bonum est voluntati consonum. unde magis se habet timor ad causandum inuoluntarium, quam concupiscentia.

**E** AD SECUNDVM dicendum, quod in eo quiper metum aliquid agit, manet repugnativa uoluntatis ad id quod agitur, secundum quod in se consideratur. sed in eo qui agit aliquid per cōcupiscentiam, sicut est incontinens, non manet prior voluntas, qua repudiabat ilud quod concupiscitur, sed mutatur ad volendum id quod prius repudiabat. & ideo quod per me tum agitur, quodammodo est inuoluntarium: sed quod per con-

**A** cupiscentiam agitur, nullo modo. Nam in continens cōcupiscentie agit contra id quod prius proponebat, non autem contra quod nunc vult: sed timidus agit contra id quod etiam nunc secundum se vult.

**A**D TERTIVM dicendum, quod si concupiscentia totaliter cognitionem auferret, sicut contingit in illis qui propter concupiscentiam fiunt amentes, sequeretur quod concupiscentia voluntarium tollereret: nec tamen proprius est ibi inuoluntarium: quia in his quae usum rationis non habent, neque uoluntarium est, neque inuoluntarium: sed quandoque in his quae per concupiscentiam aguntur, non totaliter tollitur cognitione, quia non tollitur potest cognoscendi, sed solum consideratio actualis in particulari agibili: & tamen hoc ipsum est uoluntarium secundum quod uoluntarium dicitur, quod est in potestate uoluntatis, ut non agere, & non uelle: similiter autem & non considerare potest enim voluntas passioni resistere, ut infra dicetur. †

† q. 77. art.  
6. & 7.

*Vtrum ignorantia causet inuoluntarium.*

**A** DOCTAVVM sic proceditur. Videtur, quod ignorantia non causet inuoluntarium. Inuoluntarium enim veniam meretur, vt Damascus dicit: \* sed interdum quod per ignorantiam agitur, ueniam non meretur, secundum illud ad Cor. 14. Si quis ignorat, ignorabitur. ergo ignorantia non causat inuoluntarium.

**T**2 Prat. Omne peccatum est cum ignorantia secundum illud Pro. 14. Errant, qui operantur malum. Si igitur ignorantia inuoluntarium causet, se quereretur, quod omne peccatum est inuoluntarium: quod est contra Aug. fidicentem, quod omne peccatum est uoluntarium.

**T**3 Prat. Inuoluntarium cum tristitia est, vt Damascus dicit: \* sed quodam ignorantia aguntur & sine tristitia: puta, si aliquis occidit hostem, quem querit occidere, putans occidere ceruum. ergo ignorantia non causat inuoluntarium.

**S**ED CONTRA est, quod Damascus & Philosophus dicunt, quod inuoluntarium quoddam est per ignariantem.

**R E S P O N.** Dicendum, quod ignorantia habet causare inuoluntarium ea ratione, quia priuat cognitionem, quae præexistit ad uoluntarium, ut supra dictum est: non tamen qualibet ignorantia huiusmodi de cognitionem priuat. Et ideo sciendum, quod ignorantia tripliciter se habet ad actum uoluntatis. Vno modo, concomitanter: alio modo, consequenter: tertio modo antecedenter. Concomitanter quidem, quando ignorantia est de eo quod agitur, tamen etiam si sciretur, nihilominus ageretur. Tunc enim ignorantia non inducit ad volendum ut hoc fiat, sed accidit simul esse aliquid factum, & ignoratum: sicut in exemplo posito, scilicet cum aliquis vellet quidem occidere hostem, sed ignorans occidit eum, putans occidere ceruum: & talis ignorantia non facit inuoluntarium, vt Philosophus dicit, \*quia non causat aliquid quod sit repugnans voluntati: sed facit non uoluntarium, quia non potest esse actu uoluntum, quod ignorantum est. Consequenter autem se ha-

† Loco nunc  
dicto. 3. Eu.  
cap. 1.

\* Art. 1.

\* L. 3. Eth.  
c. 10. 5.

Prima Secunda S. Thoma. C 4 bet

## QVAEST. VII.

**¶ Super Questionem  
septimam.**

\*Art. 3. ad 1.

**C**irca totam septimam quæ de circumstantiis, nihil occurrit hoc in loco dubitandum: quoniam discussio harum circumstantiarum in speciali, puta de persona, modo, tempore, & loco facris, ad posteriores spee& tractatus. Summarie tamen scito, q̄ circumstantia temporis facri est aggrauans peccatum, non tñ apponēs specie sacrilegij, nisi fiat in contemptum temporis facri. Circumstantia vero facri loci, quānus omnia aggrauerit peccata p̄ accidentis, illa tamen sola ad sacrilegij speciem trahit, quæ sanctitati loci directe opponuntur, aut annexæ immunitati, ut effusionis sanguinis, uel feminis humani, quæ impediunt exhibendum ibidem diuinum cultum, ad quæ directe sanctificatur locus: & uolentæ extortiones, quæ immunitati contrariantur, & his similia. Personæ quoque circumstantia non transfert in aliam speciem, nisi peccatum voto, neli statu eius directe ad ueretur: vt si religio suu fornicatum, in sacrilegium trahit: si autem blasphemat, solius blasphemij reus est, sicut alius blasphemans. Quid autem i. effectus, quando est præsumum & uolunt, trahit in ipsius specie: vt si mulier pergens ad ecclesiam, leit se ibidem adamandam, & hoc vult, quānus non propterea uadat, sed proper audientiam Missam, actus ille ex illo effectu mali speciem trahit. Circa Quid i. conditio-nes obiecti, ut magnum, & parvum in re oblata, & Quomo- do: quānus actus multum aggrauant, in aliam tamen speciem transferre actus non uideo. Cur, demum manifeste dat aliam actui speciem: & si prædictis adiunxeris, quod circumstantia necessario cognoscē de a spirituali iudice, sunt transferentes in aliam speciem, & cū hoc aggrauantes in infinitum. addetes,

\*Artic. 3.

bet ignorantia ad voluntatem, in quantum ipsa ignorantia est uoluntaria: & hoc contingit dupli-ter, secundum duos modos uoluntarii supra positos. \* Vno modo, quia actus voluntatis fertur in ignorantia: sicut cum aliquis ignora-re vult, vel ut excusationem pec-cati habeat, uel ut non retrahatur a peccando, secundum illud Iob. 21. Scientiam uiarum tuarum no-limus. & haec dicitur ignorantia affectata. Alio modo dicitur ignoran-tia voluntaria eius, quod quis potest scire, & debet. sic enim nō agere, & non uelle, voluntarium dicitur, ut supra dictum est. \* Hoc igitur modo dicitur ignorantia, siue cum aliquis actus non considerat, quod considerare potest, & debet, quæ est ignorantia malæ electionis vel ex passione, vel ex habitu proueniens: siue cum aliquis notitiam quanu debet habere, non curat acquirere. Et secun-dum hunc modum ignorantia vniuersalium iuris, quæ quis scire tenetur, voluntaria dicitur, quasi per negligentiam proueniens. Cūm autem ipsa ignorantia sit voluntaria aliquo istorum modorum, non potest causare simpliciter inuoluntarium: causat tamen secundum quid inuoluntarium, in quantum præcedit motu voluntatis ad aliquid agendum, qui non esset scientia præse. Antecedenter autem se habet ad uoluntatem ignorantia, quando non est voluntaria, & tamen est causa uolendi quod alias nō vellet. sicut cūm aliquis homo igno-rat aliquam circumstantiam actus, quam non tenebatur scire, & ex hoc aliiquid agit, quod non face-ret, si sciret, puta, cum aliquis dili-gentia adhibita inesciens aliquem transire per uitam, proiicit sagittam, qua interficit tranfeunte. & talis ignorantia causat inuoluntarium simpliciter. Et per hoc patet responsio ad obiecta. Nam pri-ma ratio procedit de ignorantia eorum, quæ quis tenetur scire: se cunda autem de ignorantia elec-tionis, quæ quodammodo est volun-taria, ut dictum est: \* tercia uero de ignorantia, quæ concomitan-ter se habet ad uoluntatem.

## QVÆSTIO VII.

*De circumstantijs humanorum actuum,  
in quatuor articulos  
diuisa.*

**D**EINDE considerandum est de circumstantijs hu-manorum actuum.

*Infra art. 3.  
cor. & q. 12.  
art. 3. & 4.  
d. 16. q. 3. art.  
7. q. 1. Et ma.  
q. 2. art. 4. ad  
3. & art. 5.  
corp. prin. &  
3. Ethic. 10. q.  
3. cor. 4. fi.*

## ARTIC. I.

**E**t circa hoc queruntur qua-tuor.

**¶ Primò**, Quid sit circumstantia.

**¶ Secundo**, Vtrum circumstan-tiæ sint circa humanos actus at-tendæ a Theologo.

**¶ Tertiò**, Quot sunt circumstan-tiæ.

**¶ Quartò**, Quæ sunt in eis prin-cipialores.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum circumstantia sit acciden-tus humani.*

**A**D PRIMVM sic proceditur.

Videtur, quod circumstantia non sit accidens actus humani. Dicit enim Tullius in rhetorica, q̄ circumstantia est, per quam argumen-tationi authoritatem, & firmamentum adiungit oratio: sed oratio dat firmamentum argumentationi, præcipue ab his quæ sunt subiecta rei, ut diffinitio, ge-nus, & species, & alia huiusmodi, a quibus etiam \* Tullius Orato-rem argumentari docet. ergo cir-cumstantianō est accidens huma-ni actus.

**¶ 2. Pret.** Accidentis proprium est inesse: quod autem circumstat, non inest, sed magis est extra. ergo circumstantia non sunt acciden-tia humanorum actuum.

**¶ 3. Pret.** Accidentis non est acci-dens: sed ipsi humani actus sunt quædam accidentia. non ergo cir-cumstantia sunt accidentia a-ctuum.

**SED CONTRA** Particulares co-ditiones cuiuslibet rei singularis, dicuntur accidentia individualia tanta ipsam: sed Philosophus in 3. \* Ethico. circumstantias nominat particularia, id est, particulares si-gulorum actuum conditiones. ergo circumstantia sunt accidentia individualia humanorum a-ctuum.

**R E P O N.** Dicendum, quod quia nomina, secundum \* Philo-sophum, sunt signa intellectuū, necesse est quod secundum pro-cessum intellectuæ cognitionis, sit etiā nominationis processus. Procedit autem nostra cognitione intellectuā, & notioribus ad mi-nus nota: & ideo apud nos, a notioribus nomina trasferuntur ad significandum res minus notas. & inde est, quod sicut dicitur in 10. \* Metaphysico. ab his, que sunt secundum locum, processit no-men distantia ad omnia contra-ria. & similiter nominib. pertinen-tia. ad motum localē utimur ad significandum alios motus, eo q̄ corpora,

secundum se rationē peccati mortali, scies quæ sunt circumstan-tiæ necessariæ, & quæ non. Sed caue ne il-las, quæ multum grau-uant, totali silentio preterreas: & maxime circumstantiæ, Quid, quæ inter principia-les in 4. artic. computa-tur. Magni enim re fert abusus cœcum, & abusus centum cum dano inde pauperis, & pupillorum, puellarum nubilum, & huiusmodi, quæ spectant ad circum-stantiæ. Quid. Illud, autem hic notato, q̄ inter circumstantias, nec Aristote, nec Tullius, nec diuus Tho. computatur. Quoties.

\* In lib. To-picor.

Cap. 1. an-te med. & post. 10. 5.

\* Lib. 1. Pe-rrier. cap. 1. tom. 1.

4. ubi in-choare uide- tur opposta doctrina.

\* Text. 13. & 24. tom. 3.

102.4. 562.